

tendere ad ever- tendam repu- blicam,

naturæ ab his concepto, tendere recta via ad ever- sionem omnis reipublicæ, omnis principatus, omnis magistratus, & omnis societatis hu- manæ.

Volo le- ctorem pa- tion- tem,

Quodsi jam lectorem pa- tientem volo, Jure id fe- cero, si enim heterodoxi pa- tientiam volunt lectoris, cur magna volumina devoranda obijciunt, eo quod spon- deant magnam utilitatem: æquius à me exigitur patien- tia ad parvum hunc libellum perlegendum, in quo pro- mitto detecturum me maxi- ma hominum generi damna non solum in altera sed hac quoque in vita subeunda, si heterodoxa illa principia de- ducantur in usum. Magis est necessarium maxima da- mna vitare, quam magna etiam commoda adipisci. Ergo qui patientes sunt ad legenda laudandaque volu- mina Puffendorffii, ac Wolf- fii magnam utilitatem spon- dentium, patientes sint, oro, ad legendum hunc parvum libellum spondentis detege- re prægrandia pericula.

Avertere damna necesse magis, quam cu- rare uti- litatem.

Status Quæstionis

exponitur.

I. Genus nostri humani maiores inde ab ul- tima memoria usu receptum habebant, ut *hominis officium* didicerunt jam à paren- tum aut præceptorum de- cretis aut moribus; jam ab exemplis heroum; à carmi- nibus popularibus; tum à legibus publice propositis; demum ex libris, quos reli- querant viri justi atque æqui peritiores habiti. Qui hi- storias callent, Orpheum, Linum, Trismegistum, Ho- merum, Hesiodum, ceteros norunt, à quibus præcepta vitæ ac justitiæ disci posse ab ea ignorantibus nemo ad- huc præter nuperos aliquot dubitavit.

Nostri maiores officium hominis didice- runt ex præ- ceptis, exemplis, libris.

2. A Christianis eadem est ratio conservata. Et ii qui discebant officia vitæ, & ii, qui ea alios voce calamoque docebant, ii omnes ad hoc usi sunt veterum præceptis, cum primis autem Christi Domini edictis, & Sacris ve- teris testamenti scripturis. Recentiores quoque Theo- logi ac Philosophi in instru- endis

endis *hominum* moribus & officiis occupati, usi sunt ve- terum Christianorum velut egregie illuminatorum sen- tentiis, præter litteras ac præcepta divina. Præcipue quod animadvertent sapi- entes viri, multos philoso- phorum antiquorum *sua ra- tione* in pessima avia seductos fuisse, eo quod carerent *au- thoritate* quadam divina, quam quidem suspirabant.

Nuperi aliqui de- cernunt,

veteres errasse.

3. At nuper emerere qui- dam, aut, si superis placet, eecidere de cælo Catones, qui adhibitis nescio quibus perspicillibus videre sibi visi sunt, ingens hac in re pecca- tum. Hi contendunt vete- res omnes in instruendis *ho- minum officiis* per tot seculo- rum atque chiliadum decur- sum sæde aberrasse; nemi- nem autem magis errasse quam Christianos doctores Catholicos, qui auctoritati etiam divinæ locum in *justi- tia humana discenda* fecerint. Quod quidem peccatum se- cundum horum vociferatio- nes est tantum, ut si reli- gio in jus naturæ, præcipue Catholica recipiatur, cor- ruendum sit regnis omnibus atque rei publicæ. Lepidif-

simum lectu est, quod Tho- masius eam in rem scribit, de recta ratione ante Luthe- rum, aut ante Grotium ignorata. Vid. *Larva de- tracta* Cap. XV. Them. XV. seqq.

4. Magnam illis gratiam totum genus humanum, sal- tem præsens atque futurum debet, quod tam sollicitè à necessario interitu vindica- tum eunt. Nam præteri- tum genus humanum cum regnis suis & rebus publicis, nihil superest, quam ut de- fleamus; cum enim necessa- ria hac istorum cura & ad- monitione caruerint, fieri non potuit, quam ut omnes respubiicæ in hunc usque diem perierint. Deinceps autem securum erit genus humanum: nulla deinceps respubiica, nullum regnum cessabit aut mutabitur, mo- do ex horum consilio officia omnia humana *sola ratione* regantur, *auctoritate* omni procul exesse iussa, cum pri- mis autem Catholica religio- ne prorsus pessumdata.

Genus huma- num

hactenus deplora- tum,

deinceps salvum erit

Sola ra- tione.

5. Horum quidem huma- ni generis salvatorum cla- mores partim in *Larva de- tracta*,

Hoc ve- ro falsum esse, do- cebimus.

tracta, & in *Jure naturæ* retulimus, & in eos multa disputavimus. Nunc *quam sint hæc principatibus ac rebus publicis exitiosa*, docebimus.

6. Verum ne vagæ reprehensionis locum relinquam, statuendæ sunt certæ rerum suppositiones, de quibus intelligatur disputatio.

Prima Hypothesis.

Status non modernus

7. Jus naturæ five obligationes & Officia humana considerari possunt in aliquo statu, in quali homines *modo non* sunt: five dein aliquando in tali statu fuerint, five non.

fingi potest sic,

8. Ejusmodi status *non moderni*, & *non-reales* varie possunt imaginatione pingi seu fingi.

ut infantes manent semper quales nascuntur, soli.

9. Vel enim *Primo* fingitur homo ut nudus ab utero matris, ac per reliquam vitam suam sibi soli relictus, abstractus ab omni hominum divinoque consortio ac connexionem. Talis hominum status non est *modernus*, sed si quando cuipiam contingit, monstri instar ea res est.

10. Si profiteantur Juris ^{Quibus} naturæ Scriptores, pro ejus ^{vir servi-} modi se statu jura natura ^{ret ratio} sua condidisse, atque ^{sola hete-} *rationem* exclusa auctoritate ^{rodoxo-} in tali statu valere debere ad ^{rum,} officia hominis agnoscenda; bona venia multiplicent libros quousque volent. Nobis otiosum videtur, libros examinare editos pro hominibus ejusmodi sylvestribus & monstrosis. Unum tamen, quod ab ipsis pertendamus, est: uti clare in librorum suorum frontibus & aliis profiteantur, suam doctrinam **NON AD MODERNOS HOMINES** pertinere, sed ad quosdam **FICTITIOS** & in concavo, quod ajunt, lunæ forte sitos. Id nisi præstiterint, magno periculo exponent humanum genus: Erunt enim qui ex iis libris sibi desument præcepta vitæ ac juris, bona fide existimantes, ea præcepta statui hominum moderno, in quo ipsi versantur, congruere; cum revera non congruant huic sed longe diverso. Non levius id periculum esset, quam foret illud hominis calida febre laborantis, cui ex pharmacopolio affertur potio frigidis febribus destinata.

nata. Hic enim in virium ac vitæ periculum conjicitur qui verò vitæ præcepta statui fictitio congrua in realem statum transfert, iisque utitur, periculum subit justitiæ, virtutis, conscientiæ, ne dicam vitæ æternæ, rerum sanctissimarum. Non ignoramus tragicos casus & mortes hominum, qui pro præparatis cancerorum oculis seu lapillis, quos opinabantur in pixidula asservari, incidere in arsenicum aliudve *toxicon*, errorem vita aut valetudine lucentes. Nec desunt exempla hominum, qui ex his libris morum præcepta sumentes facti sunt ita se dicentes *Ehrliche Kerl*, & *quasi honesti pueri*, sectantes aliquam honestatem à moderno hominum statu alienam.

Vel fingitur, homines nasci omni-fcios.

11. Vel fingitur *secundo* hominis status talis, quo ab utero vel è terra editur jam maturus pleneque instructa ratione, hoc est omnes justitiæ leges jamjam tenens.

Quibus sola ratio heterodoxorum

12. Pro hoc non reali sed ficto statu si heterodoxa principia sunt scripta, esto hæc

principia his fictis hominibus convenirent, libri tamen ipsis illis fictis hominibus haud conveniunt. Homines enim qui totam justitiæ legem clare secum conatam & rationi suæ perfectæ penitus insidentem habent, fortasse rideant librum Heineccii ea præcepta tradentem, utpote scriptum ab homine cui justitia & rationis usus minime congenitus fuit, sed qui, cum natus fuerit rudissimus, maximis postea laboribus undique colligere & captare scintillas necesse habuerit.

13. Deinde si vel fingatur ii homines tali ratione ficti homines ab incunabulis præditi, si nesciunt tamen affingi ipsis etiam hoc debet, ut ipsorum quamvis sic clara ratio, tamen etiam imposterum in applicatione & usu falli per se non possit, ita ut nullius alterius neque Dei, neque hominis ratione, monitione juvari possint aut debeant. Neque hoc solum sufficit, sed insuper is ipse infallibilis homo in semet debet esse certus, hanc sibi infallibilitatem adesse idque constanter. Hujus enim nisi sit certus,

potius deridiculo erit.

Sed hi debent etiam in fallibiles, & infallibilitatis sibi consci.

tus, ad omnem passum hærebit, rationi suæ diffidens, quippe quæ falli possit: itaque dubius circumspiciet opem alienam sive DEI sive hominum, hoc est *auctoritate juvabit rationem* suam quamvis, quantum fingi potest, excellentem.

Talibus Jura naturæ heterodoxa non ferunt,

valde fallibilia.

14. Pro id genus homine per se infallibili, & qui melius Wolffio conscius sibi esset, falli se non posse, Jura naturæ Puffendorffii, Heineccii, Wolffii scripta esse non possunt: cum hi omnes falli non tantum possint, sed re ipsa falsi fuerint, quemadmodum ex eorum sophismatis & contradictionibus in *Larva detracta* docuimus Cap. XIII. XIV. XVI. XVII.

15. Piget immorari pluribus figmentis, quæ qualiacunque excogitentur, iisdem fere responsonibus opprimi possunt.

J. N. pro fictis hominibus nihil præstantiæ habet.

Pro hac autem hypothesi conficta si jura naturæ heterodoxorum edita sunt, non video quo jure tam magnificæ in eos laudes conjiciantur? Curve juventuti ac nobilitati nostræ persuadere

aliqui velint, hoc heterodoxum Naturæ jus unice ad rempublicam capeffendam esse necessarium, absque hoc Jus Civile, Canonicum, publicum, gentium tenebras esse. Ita sane, si nostra respublica fictis illis, de quibus diximus, hominibus constaret, istorum hominum rempublicam capeffere juvenes sic instructi possent, si tamen & ipsi eo, quo diximus, modo infallibiles essent.

Hypothesis Secunda,

16. Si sumuntur homines ut nunc sunt, **IN STATU MODERNO, & REALI**, nobis incumbit probare, **SOLAM RATIONEM** *usitatam ad exitium humani generis tendere.* Quod ut ordine præstem, status & conditio moderna hominum Germanorum paucis exponendus est. Num alii populi alterius sint conditionis, viderint ipsi.

Sed jam in limine audio occinentem quemquam: Nos non pro Germanis scribimus jus naturæ ejusque principia,

Homini- bus in statu naturæ nostro ratio sola exitio est.

non tantum ut Germanis,

pia, sed pro *hominibus ut hominibus*, abstrahendo an sint Germani.

Sed ut hominibus.

17. Bona verba! Dabo vobis hoc. Sed vicissim peto, ut faciatis libros vestros legi, & principia vestra usu teneri ab iis, qui sint *homines tantum*, non autem Germani. Nunc perverso rerum ordine explicatis eos illis, qui sunt toti quanti Germani: nec enim ad scholas vestras accedunt *homines tantum* & Germanum domi relinquunt: neque ex scholis vestris excedentes ineunt rempublicam *hominum tantum*, e quorum societate omnes Germani ut Germani in Utopiam ablegati fuerint, aut in concavum lunæ. Sed de hoc cavillo alius redibit dicendi locus. Nunc suffecerit considerare, quando heterodoxorum disciplina periculum affert *Germanis ut Germanis*, & reipublicæ Germanæ, ab hoc Germanorum respectu abstrahi non posse in aliquo systemate *Juris naturæ moderni status*. Periculum autem hoc imminere Germanis ut Germanis, paulo post dilucide exsequemur.

Conditiones moderni realis status hominum Germanorum.

18. **Primo.** Nascuntur ignorantissimi omnium rerum.

II. Omnes post quinque, sex, aliquando etiam post decem annos incipiunt cognitionem aliquam rerum adipisci. Idque nullus exemet, sed omnes ex instructione aut exemplis sociorum, parentum, præceptorum. Quæ instructio plerisque magno labore & patientia perficitur, lentoque gradu.

III. Adjuvantur ad hoc libris, quibus aliqui multis indigent, ut rationem suam tam difficili labore antè utcumque excultam, nonnihil juvent & illustrent.

IV. Post hæc omnia omnes longe plurimarum rerum ignorantia laborant. In longe plurimis occurrentibus agendis æque ac cognoscendis hæsitant, dubitant, ægre decernunt.

V. Ad hæc longissimo labore eruditi, ingenique

re æquales homines, de plurimis tamen rebus agendis, quæ se offerunt, contraria inter se sentiunt, & quandoque ita constanter, aut si mavis pertinaciter, ut dum vivunt, à sententia neutri recedant.

nec errores,

VI. Plurimi in rebus plurimis parvi & maximi momenti re ipsa errant ita, ut errorem non modo alii, sed & ipsi sæpe agnoscant, nesciant tamen emendare.

etiam expertissimis.

VII. Hocque evenit non junioribus modo, sed grandævus, quorum studio accersit etiam magistra longa experientia.

Rationem impedit

VIII. Omnes præter ignorantiam propriam intellectus, rationem suam oppressam vel impeditam habent & sentiunt plurimis rebus.

Caro

Ut primo ipsius carnis, quæ animam circumdat, angustiis. Cum enim ad rationem firmandam sæpe opus esset subito in remotissimis esse locis, aut in pluribus simul, Corpus hoc impedit, & longæ requiruntur ambages ac moræ, dum lumen aliis mediis quam propria sua præ-

sentia hauriant per nuntios, epistolas, relationes aliorum &c.

IX. Deinde cum sæpe uni negotio finiendo plures horum ac dies necessariae sint, temporisque defectus sæpe ignorantiam & errorem producat, ipsos volentes in rem penetrare impedit jam somnus, jam morbus, nunc edendi necessitas, nunc alia agendi.

X. Sapissime intelligere vel decernere rem aliquam volentes retrahuntur, aut nimis incitantur, aliterve turbantur ab odio, amore, spe, metu, cupidine, voluptate, ira, tristitia, bile corporis, vino, aëris intemperie.

XI. Multoties attingere amici, verum & amplecti bonum uxorem &c. vetant amici, uxor, liberi, subditi, vicini, hostes, bella, cerimoniae, fortuiti casus, & omnium casuum certissima æque ac incertissima mors.

XII. Harum rerum causa Germani jam inde veteres ut ab errando utcumque sibi cave-

teribus auctoritas prudentiorum,

caverent secuti sunt ductum virorum inter ipsos prudentiæ atque experientiæ laude præstantium. Secuti etiam exempla & regulas vitæ à majoribus tradita potissimum per carmina popularia. Quæ hisque plura ex Cæsare ac Tacito discimus, scriptoribus hostibus, quod deficerent domestici.

inde Leges falicæ &c. Romanæ,

XIII. Infirmitati tum populi tum principum juveniæ receptæ sunt deinde cum propriae leges falicæ, Bajoariorum, Allemannorum, reliquæ: tum adoptatum Jus Romanum. Judices, Concilia constituta.

Denique religio Christiana ac Scriptura,

XIV. Quod vero hæc omnia partem potissimum hominis externam nonnihil juvarent, interiores partis nobilioris morbos intactos relinquerent, vel potius non satis stringerent, cooptata est Religio Christiana animi morbis propitia, oblata per viros boni vere publici amore flagrantes, plerumque exteros, cum primis à Britannia. Per hanc religionem ad multas virtutes ac bona, atque ad officia humana implenda impellimur,

ad quæ res hæc exteriores nos relinquerent languidos. Et ubi sæpe ratio nuda aut leges civiles nullum nobis lumen aut motivum agendi vel abstinendi suppeditant, Religione abundanter & efficaciter illustrantur Germani.

XV. Religionem committuntur multa quæ juventutibus, vitæ normam inire ac tenere. Juvant sacræ litteræ, Patrum antiquorum doctrina; juvant Canonica jura, sacerdotia, Cathedræ, innumeraque alia, quæ in censum vocare longum sit, omnibus Germanis nota.

19. Hæc fere est Imago status moderni Germanorum hominum. Quodsi igitur Heterodoxi Jura naturæ suæ scribunt pro STATU MODERNO, oportet ut Conditiones illas omnes hujus status, quæ quidem optabiles sunt, salvas integrasque relinquant: alias autem quæ miseriæ aliquid habent, contentur emendare aut juvare; quia tollere omnino fatebuntur suum non esse.

Horum autem nihil illi faciunt, sed omnia contraria, ut

podig-
matis.

ut jam docebo, & ostendam, si *sola ratione* hominis moderni & realis officium metiendum est, aut debere detrahi modernis hominibus ignorantiam & cetera rationis impedimenta: aut Principes, leges, magistratus debere everti, qui auctoritate ducunt homines: aut denique ad *hominis moderni* officium agnoscendum necessarium esse, ut rationi huic cœcutienti adhibeatur *auctoritas*, præcipue Divina si qua extat.

De Prima Conditio- ne status hominum mo- dernorum.

Nascun-
tur igno-
rantissimi,

20. **P**rima conditio realis nostrorum hominum est, quod nascantur omnium rerum rudissimi, & maxime illorum omnium, quæ ad jus naturæ seu ad res ex officio naturæ moraliter agendas pertinent.

ut ut ra-
tionem
habeant,

21. Infantes homines sunt: nemo negat. Habent Rationem, si Ratio cum Heineccio sumitur pro facultate agnoscendi. Nam si cum facultate non essent na-

ti nescio quis eam facultatem ipsis postea demum infuderit? Non parens non præceptor, quos filii ac discipuli deinde sæpe vincunt facultate illa agnoscendi. Nihil hic dici potest, quod vel speciem veri recte præferat.

22. Facultatem ergo agnoscendi seu *Rationem* cum habeant infantes: *Ratio sola* cum sufficiat ad agnoscendum officium naturæ; quid est quod infantes ea officia nec adimpleant, nec, si non impleverint, peccent?

23. Inquis, Non *Ratio* in actu *se-*
nem solam, utcunque spe-
motu.
ctatam remote & in radice,
sufficere, sed *USUM RA-*
TIONIS perfectum & com-
pletum, quem infantes non-
dum habeant, paullatim ac-
quirendum.

24. Admitto conditionem. *Discri-*
Hoc autem quæro, quid sit *men* inter
discriminis inter *Ipsam Ra-* *rationem*
tionem Heineccio jactatam, & *usum*
& inter *Usum rationis*? Si *rationis*,
hoc tantum discriminis in-
tercedit, quod *Ratio* sit po-
tentia; *Usum* vero sit actus
ejusdem potentia, disputa-
tio

non tollit
difficulta-
tem.

tio ab heterodoxis ad ludi-
crum deducitur. Cum enim
inter nos quæritur, num *so-*
la Ratio sufficiat ad agnos-
cendum officium? non hoc
quærimus, an sufficiat ratio
semper in potentia manens:
sed agens? loquitur enim an
actu agnoscat omne officium
sola ratione? Nam si om-
nium hominum ratio semper
maneret in potentia, si sem-
per manerent infantes, aut
semper somno ligarentur vel
amentia, nunquam ab ullo
mortalium ullum officium
agnosceretur.

Usum ra-
tionis,
qualis est
post septen-
nium,
non suffi-
cit,

25. Deinde si per *usum ra-*
tionis intelligitur status ani-
mæ talis, quo illa per æta-
tem potest libere se ad actu
ratiocinandum exserere, qua-
lis status plerumque in pu-
bertate consuevit esse; ne
sic quidem sola ratio sufficit
ad Jus naturæ agnoscendum.
Etenim si sufficeret, Ratio
hæc sufficiens non sineret
pueros toties ignorare offi-
cium, ut ferme in singu-
la momenta pædagogorum
emendatione indigeant.

neque se-
riore æta-
te,

26. Desiderabis forte æ-
tatem grandæviorum? Qua-
si nunquam delirarent senes
atque viri.

27. Exiges usum multa-
rum rerum? Igitur quibus *con-*
parum negotiorum occurrit, *stus* mul-
ut populo, ut raris colonis, *tæ* *expe-*
ii quamvis rationem habeant *rientiæ*,
infitam, Ratio tamen ad
agnoscendum officium haud
satis est. Non igitur sufficit
his *sola ratio*.

28. Sed ne pragmaticis quæ mul-
quidem illis expertisque vi-
tis *ratio sola* sufficit. Quod *bet* *aucto-*
enim cum multo alio appa- *ritati*,
ratu comitatuque adscisci-
tur, *solum* haud est. Isto-
rum autem ratio comitata
esse debet multa experientia:
hoc est debet ex consuetu-
dine aliorum virorum multa
provida consilia audivisse:
debet vidisse multa exem-
pla in quibus justum hoc,
aliud injustum esse apparuit.
Hancne tu rationem *SO-* *ut adeo*
LAM dices? eodem nempe *ratio tunc*
jure, quo, quod damnat *sola* *haud*
poëta, tropheis non militum *fit*,
ducumque, sed solius im-
peratoris nomen inscribitur,
ex. gr. Themistocles vicit!
Solus nempe, si superis pla- *ut soli non*
cet, vicit *Themistocles*, cui *vincunt*
victoriam peperere triginta *imperato-*
Stratiotarum millia, trecen- *res*.
tique duces, & reipublicæ
consilia ac vires, & hostium
impru-